

III.

NEOVIDENSIS

Nro 36. (*Neovidensis* 1805. Nro 32.)

---

Secretum litterarum commercium vivos inter,  
ac mortuos.

*Epistola missa in Elysium ad celebrem Leodicensem Calendarii confectorem Mathiam  
Lansberg.*

Ex mundo superiore.

---

Elysium -- Meum. -- Die Veneris 3. Maji 1805 (*Neov.* 19. April.)

---

Quod Leodii edidisti Calendarium, quodve in præsens adhuc continuatur, forte est unicum veteris Astrologiæ residuum monumentum. Germanica Calendaria, ipsis fatentibus, perpurgata sunt ab omnibus præjudiciis hujus scientiæ, esto retineant nonnunquam quasdam ex eadem observationes, ut communi plebi, ita se excusant, rem gratam præsent.

Nos jam duobus Planetis plures deteximus, scilicet: Uranum, & Cererem, unde apparet vim Siderum in nostram terram, animalia, & tempestates longe majorem

esse, quam fuerit tua ætate: sed falsum est, in hanc sententiam nemo abit; Astrologia spectatur tanquam e præjudiciis orta scientia, quæ nullam meretur fidem.

Fatidice Lansberg! depone hac de re querelam apud celeberrimum Kepler, cui scientiæ tanta in acceptis referenda habent, qui semper eximius erat Astrologiæ cultor; accusa hodiernum reformandi spiritum, qui in hac misera vita degentibus nullam relinquit spem, & omni privat consolatione.

Argumenta, quæ adversarii adferunt contra Astrologiam, sunt singularia. Ajunt nempe: Cum homines olim ignoraverint veram constitutionem, & verum finem planetarum, aliarumque stellarum, prudenter tamen nihil potuerint aliud sibi persuadere, quam Creatorem in earum creatione certum præstituisse finem, idcirco valde naturale erat, & magnæ hominum de se opinioni valde conforme, credere, illas omnes terræ causa esse conditas; hinc quisque autumabat, planetas in concursu cum aliis peculiariter agere in terram, aquam, & aërem, in animalia, & homines ipsos, in eorum corpus, animam, voluntatem, & quod hinc pronò fuit alveo, in fortunam etiam. Ad hunc errorem accessit quædam experientia, vi cujus subinde observatum est nonnullos produci effectus, si hi, aut illi planetæ hunc vel illum situm tamen inter se, quam comparate ad terram tenuerunt. Vi planetarum influenti, eorumque

positioni adscribentur eventus rerum ; imo ex alio situ fiebat illatio ad alios casus, sicque enata est imaginaria scientia ex affectione cœli, & astrorum futura prædicendi, quæ nomine Astrologiæ venit. Verum inania sunt inventa, quæ conjecturis, & commentitiis, speciosisque innituntur argumentis.

Siccine inania inventa? Dicant ergo adversarii Astrologiæ, an illi finem creationis planetarum, aliorumque Siderum magis intelligant? an intentionem Omnipotentis accuratius sint assecuti? Nos tentabimus rei hujus facere periculum.

Omnia hujus universi corpora, ipsi etiam durissimi adamantes exhalant quosdam vapores; Majora cœli corpora, stellæ, & planetæ habent suam atmosphæram, seu circumdata sunt exhalationibus; aër enim constat ex anhelitu terræ, aliorumque corporum in ea viventium. Jam hæc atmosphæra circa planetas diversæ est naturæ, prout illi inter se diversis pollent proprietatibus. Istæ exhalationes, quæ unumquemque planetam cingunt, protenduntur ad certam altitudinem, ita, quæ circa terram sunt, excurrunt ad 18, & plura milliaria geographica. Si intra planetas, eorumque atmosphæram sol penetret, subtilissimas vaporum particulas in sublime elatas permeat, exagitatque, quæ dein cum aliis vicinorum planetarum particulis commixtæ condensantur, donec tandem in terram, vel hunc aut il-

lum planetam — secundum vires attractivas Newtoni — decidant. Quapropter particulæ a Sole ad nos delatæ aliarum sunt qualitatum, quam quæ ex Venere delabuntur, & iterum alias habent proprietates, quas atmosphæra Martis excoxit, ergo longe aliter agunt in terram, aquam, aërem, & contentos ibidem humores, ergo etiam alios producunt in aëris constitutione effectus.

Quid autem homines, qui tales particulas imbibunt, qui iisdem refertum hauriunt nutrimentum, qui in simili astrorum positione collocati vivunt, nullamne patientur in suis animi affectionibus conversionem? Exigua Jalappæ, vel Belladonæ portio repentinam inducit in corpore humano mutationem, & particulæ Veneris, vel Martis nihil operabuntur? Notum est a bile humanæ animi motus multum commoveri, non possuntne decidui in terram ex planeta Venere, & Marte vapores ita irritare bilem, ut affectus longe aliam aquirant directionem, quam habuissent, si illi in terram non fuissent delapsi?

Mihi valde probatur Astrologia, quod enim modo parvi fiat, videtur originem trahere ex socordia hodiernorum eruditorum, qui malunt rem aliquam potius repudiare, quam eidem accurate inquirendæ operam impendere.

Sed dilectissime Mathiæ Lansberg! oportet me tibi novum Germaniæ Lansbergium

notum reddere, qui pro hocce currente anno pulchras de rebus futuris edidit observationes, quarum exitus jam maximam partem respondit prædictioni. A. 1805. ait ille, regnat planeta Jupiter. Inde a mense Januario frigus, & lenior tempestas miro modo variabunt, graviori infirmitate pauci corripientur. Vernum tempus serius, ac alias, calorem adferet, eapropter vegetatio tardius, sed securius prodibit. De sæno non erit tanta copia, quanta anno præterito, namque mense Martio, & duabus tertiis Aprilis exiguis irrigabuntur prata pluviis. Frumentum florebit tardius, sed lætius, & plus furdet de grano, quam stramine. Annus erit omnis generis frumenti feracissimus, (qualem jam longo tempore non superviximus. Vites quoque tardius gemmas agent, & ideo frigore non peribunt; Mensis autem Augustus, ille excoctor mensis, iterum in sua jura reponetur a Jove, ita coquet, ita uret, ut vinum ad perfectionem, & plenam maturitatem deducat. Illud copia annum superiorem superabit, & præstantia longissimo post se relinquet intervallo.

Quod vim Jovis, aliorumque planetarum in homines attinet, Imperantibus, ac Principibus diuturna suppetet vita, pauci tantum morientur. Territorium continentis maximæ semper erant deliciae Jovis; dabit operam, ut hic firma perseveret pax, cum ægim longe distet a terra, pauca tantum ejus

lum planetam — secundum vires attractivas Newtoni — decidant. Quapropter particulæ a Sole ad nos delatæ aliarum sunt qualitatum, quam quæ ex Venere delabuntur, & iterum alias habent proprietates, quas atmosphæra Martis excoxit, ergo longe aliter agunt in terram, aquam, aërem, & contentos ibidem humores, ergo etiam alios producunt in aëris constitutione effectus.

Quid autem homines, qui tales particulas imbibunt, qui iisdem refertum hauriunt nutrimentum, qui in simili astrorum positione collocati vivunt, nullamne patientur in suis animi affectionibus conversionem? Exigua Jalappæ, vel Belladonæ portio repentinam inducit in corpore humano mutationem, & particulæ Veneris, vel Martis nihil operabuntur? Notum est a bile humanas animi motus multum commoveri, non possuntne decidui in terram ex planeta Venere, & Marte vapores ita irritare bilem, ut affectus longe aliam aquirant directionem, quam habuissent, si illi in terram non fuissent delapsi?

Mihi valde probatur Astrologia, quod enim modo parvi fiat, videtur originem trahere ex socordia hodiernorum eruditorum, qui malunt rem aliquam potius repudiare, quam eidem accurate inquirendæ operam impendere.

Sed dilectissime Mathiæ Lansberg! oportet me tibi novum Germaniæ Lansbergium

notur  
no p  
vatio  
tem  
regna  
ario  
varia  
pient  
calor  
sed  
ta c  
men  
guis  
tum  
det  
omn  
lem  
Vite  
frig  
stus  
jura  
ut v  
rita  
rior  
pos  
rum  
Prim  
tan  
ma  
ope  
equi

notum reddere, qui pro hocce currente anno pulchras de rebus futuris edidit observationes, quarum exitus jam maximam partem respondit prædictioni. A. 1805. ait ille, regnat planeta Jupiter. Inde a mense Januario frigus, & lenior tempestas miro modo variabunt, graviori infirmitate pauci corripientur. Vernum tempus serius, ac alias, calorem adferet, eapropter vegetatio tardius, sed securius prodibit. De fœno non erit tanta copia, quanta anno præterito, namque mense Martio, & duabus tertiis Aprilis exiguis irrigabuntur prata pluviis. Frumentum florebit tardius, sed lætius, & plus fundet de grano, quam stramine. Annus erit omnis generis frumenti feracissimus, (qualem jam longo tempore non superviximus. Vites quoque tardius gemmas agent, & ideo frigore non peribunt; Mensis autem Augustus, ille excoctor mensis, iterum in sua jura reponetur a Jove, ita coquet, ita uret, ut vinum ad perfectionem, & plenam maturitatem deducat. Illud copia annum superiorem superabit, & præstantia longissimo post se relinquet intervallo.

Quod vim Jovis, aliorumque planetarum in homines attinet, Imperantibus, ac Principibus diuturaa suppetet vita, pauci tantum morientur. Territorium continentis maximæ semper erant deliciae Jovis; dabit operam, ut hic firma perseveret pax, cum quæ longe distet a terra, paucæ tantum ejus

exhalationes defluent in terram, quæ possent iracundiam provocare potentiorum. Solas aquas tradet tempestatibus, atque bellum maritimum eo modo, quo ante annum, continuabitur.

Parum aberat; quin Mars acerbitalis suæ virus in continentem evomuerit, sed dominans planeta Jupiter existentibus in continente Jovibus ex sua longinqua atmosphæra vapores inspiravit, e quibus sequens narratio Vindobonensis de 13. Aprilis erupit:

Imperator Gallorum quærebat ex Imperatore Germaniæ, quid sibi velint congregatæ in castris ad Tagliamentum legiones? Imperator Germaniæ reposuit: Si Gallia eum duntaxat numerum militum in Italiam miserit, qui ad peragendas coronationis ceremonias requiritur, castra quoque ad Tagliamentum imminutum iri. — Consensum est. De eo etiam conventum est, ne Italica Regia dignitas cum Gallia jungatur; huic quoque sententiæ Imperator Galliæ subscripsit. Restat, ut de limitibus Austriam inter, & Italicum Regnum agatur — novæ designationes — novi tractatus — absque ira tamen, & odio. — Amice Mathia Lansberg! Vive in Campis Elysiis fortunata, uti nos in mundo superiore — tuo Systemati convenienter — vivimus astrologice!

*Lessus extemporaneus Piis Manibus Mar-  
tini Szunerits etc. (Vid. Neovid.  
No. 35.)*

P Á S Z T O R I S I R A L O M .

Nagy jajjal keresem, nem lelem, a' kitől  
Vidult a' legelő. Nem felel a' berek  
Nagy jajszómrá. Kemény kőszikla! Nem felelsz?  
Mond meg: Merre vevé, Buda

Várából, szeretett régi Juhász Apánk  
Útját merre vevé? Meszsze! Talán soha  
Sem tér vissza közénk! — Útnak, utánna kell  
Mennem, futnom; akárhová

Indúlt bűjni. Tudom, hol keresem, tudom  
Már: Péts, Győr! — Szeretett gondja, lakóhelye  
Vólt e' két legelő. Pétsiek, adjakok  
Jó hírt, Győriek, adjakok

Jó hírt! Ott legel a' nyájja megínt? Mező,  
Hegy, völgy hallgat — a' hol nyájja legelt, a' hol  
Áldják annyi Szülék hajdani szép Nevét!  
Bólts Ész, Gondviselés, Tanáts,

Nyamborság, Szeretet, nyájja körül, vele  
Őszült társai közt, — tzi mere őt jele.  
Híjjában keresem. Viszszajövök. Budán  
Kell hajhásznom. Amott zokog

Kormos gyászba borúlt árva leánya! Nem  
Szóllhat: — néma, élő fájdalom érdeklí;  
E' fojtotta szavát. Orvosok! Oh, ha van  
Orvosság; szaporán — ! Beteg

A' jó Gazda; hamar —! Megbetegült, talán  
 Útfélen valahol. „Nints patikánk!” — Sohajt  
 Egy Orvos. Ki ez itt? A' betegünk Fija,  
 Kóltolt kézzel. Amott viszik

A' gyászos szekerek! — Most tudom: Itt, Budán,  
 A' *Krisztina* tsudás Temploma vernei  
 Zárják holtat tetemít. Hitvese ment elől,  
 Ah még tsak tavaly! Ó vala

Férjének kalaúz. Férjeis ott akart  
 Elnyúgodni. — Tziprust ültetek. A' Nemes  
 Ifjúság, szerelem-szülte keserveit  
 Itt könyvezzé, Apánk után!

Oh, már itt lelem, a' kit keresek! Hideg  
 Sírban nyúgszik Apánk, egy *Szunerits*. Buda,  
 Pest szebb része, velünk könyvezi hamvait.  
 Nyúgodjék, — az örök napig!

Auctore *Franc. Czinke.*

*ANNUNCIATIO.* \*\*

In I. Dominio C. Joannis Pálffy in Alsó-  
 Nyárossd, in Insula Cituorum infra Szerda-  
 hely sito, venales prostant optimæ conditionis  
 62 Vaccæ, 9 Juvenæ trium annorum, 12  
 duorum annorum; complures Vituli hujus  
 anni; Tauri juvenes, & senes. Terminus  
 est in 20. Maji hujus anni defixus.